RECTOR & PROFESSORES P. ILLUSTRIS SCHOLÆ BREMENSIS
LECTORI S.

Componebamus pridie tumulum Viri Senatorii ordinis, & excipit hodie preſſoque pede iſtum ſequitur alter, eadem dignitate conſpicuus, & parium de re patria publica meritorum. Dum tam cito ſuccedentia, partim ab aliquo tempore prævisa, partim inopinato accidentia funera, in luctum atque mœrorem Curiam cum civibus conjiciunt, quicunque Patriam illiusque Patres Conſcriptos, ut decet amat, vota nobiscum fundet, ut ſuperſtitum vita cum valetudine, vegeta conſervetur ad ſeram ſenectutem. Nos expendendum offerebamus ſolatium, quod mens pia, dum corpus languet, haurire poteſt, ex Soſpitatoris, qui memoriam dolorum noſtrorum, atque moleſtiarum quas ipſe in ſuo corpore, dum in ſtatu exilii verſabatur, perſenſit, in gloria conſervat, illasque in ſuo corpore voluit experiri, quo miſericordia afficeretur erga membra ſua, & promtus eſſet ad ſuccurrendum piis ſua interceſſione atque auxilio, qui eadem premuntur miſeria. Fides hæc cum ſpe fundata eſt in maxime diſertis & ſolarii plenis Sacrorum teſtimoniis (Ebr. II, 17. 18.) *Proinde debuit per omnia fratribus ſimilis reddi, ut fieret miſericors. Quoniam enim paſſus eſt ipſe, dum explorabatur, poteſt valide ſuccurrere eis, qui explorantur*, & in exteriori (cap. IV, 15.) *Non enim habemus Pontificem, qui noſtris ἀσθενείαις infirmitatibus affici non poteſt, ſed exploratum per omnia, juxta ſimilitudinem*, (noſtram) *abſque peccato*. Nec eſt ſine reſpectu ad ægritudinem corporis humani, quod Vates de perpeſſionibus prædicentes, voces ſeligant, complectentes omnes morborum ſpecies, interque illos inſignite Eſaias cap. LIII, 4. & 10.) *Sane morbos noſtros ac dolores ipſe tulit ac toleravit - - Libuit autem Jehovæ eum ægritudine contundere.* Mirari ſæpius ſubiit Interpretes pauciſſimos, de morbis corporis, qui citra peccatum homines affligere poſſint, & per quos itidem Soſpitator, juxta hæc teſtimonia, tentari debuit, cogitaſſe, alios vero omni contra niti opera, atque judicare ad blaſphemiam accedere prope, ſi paſſionibus ejus vicariis annumerentur. Ex latinis ſic ſentiunt TIRINUS & A LAPIDE, verum ſeducti, uti ſæpius, ab authoritate Scholaſticorum & Parentis omnium JOHANNIS DAMASCENI ſequentisque illum viri acutiſſimi THOMÆ AQUINATIS, ſtatuentium corporis ægritudines cum peccato, a quo Salvator immunis erat, arcto junctas eſſe vinculo. Siccine vero illæ quæ ex mutationibus machinæ corporis in infantia, adoleſcentia, ſenio, quæque ex vitio aëris aut alimentorum oriuntur, ſpecialia requirunt atque ſupponunt peccata? Fons omnium mortisque eſt peccatum Adami, juſtiſſimo judicio, in his quoque corruptionis phyſicæ ſequelis, poſteris imputatum; dum autem Sanctiſſimus mediator, culpam cum ſequelis ultro ſuſcepit, ut illam expungeret, & dum in ſimilitudine carnis peccati in mundum venit, atque factus eſt hoſtia pro peccato, quanquam peccatum non noverat, an blaſphemum eſt, an potius ad ſatisfactionis præſtitæ perfectionem & gloriam facit, ſtatuere, ipſum quoque hanc ſequelarum peccati partem, quæ citra labem moralem ſentiri poterat, ejusque moleſtum ſenſum, fuiſſe expertum? Neque exiſtimandum eſt, cum hiſtoria vitæ J. C. de morbis ſileat, curioſum nimis eſſe, ſcrutari. Hiſtoria enim illa, non ſata ejus in terris, ſed geſta durante Miniſterio ejus publico, enarrare intendit, cetera quæ ſpatium triginta annorum vitæ, ab infantia implent, præterit, teſtimonia autem quæ produximus, illum defectum ſupplent, eumque iis, cum doloribus languores recenſeant, & explorationem καθ' ὁμοιότητα, imo κατὰ πάντα, in quibus exercentur homines carne & ſanguine ab infantia veſtiti, Soſpitatori tribuant, temere nimis eſſet, tentationes pro meris animi exulceratis, aut cum ſuperiore erudito Paraphraſte Anglo PEIRCIO, pro moleſtiis doctrinæ cauſa toleratis, & dolores ſolum pro effectis violentiæ ab hoſtibus commiſſæ, habere. Chriſtianus hæc inſpiciens atque credens, dum de ſua communione cum Domino gloriæ certus eſt, lectulo affixus, guſtans in languoribus peccati fructus acerbos, oculos cum corde in cœlum attollendo, invocandoque ſupremum Pontificem, qui morbos citra peccatum experiri voluit, quo in gloria, miſeria ſuorum, per recordationem eorum quæ ipſe expertus eſt, afficeretur, ſecurus eſſe poteſt, de interceſſione, de ope ejus, deque exitu felici, poſt quem mediatori ſuo, ſtanti in throno Dei, tanquam agnus jugulatus, five memorialibus perpeſſionum veſtitus, æternas offeret laudes, pro ipſis etiam his moleſtiis, quæ concupiſcentias a vanitatibus ſeculi retraxerunt, frænarunt atque deſideria cum fide in cœleſtia acuerunt. His deliciis, quas mortales non guſtamus, ſed credimus, exſatiari ſperamus, cujus memoriam cauſa hanc tabulam ſuſpendimus, Virum Nobiliſſimum Ampliſſimum & Prudentiſſimum JOHANNEM TER HELLEN, Magnarium e præcipuis & Senatorem de Patria optime meritum. In vitam mortalem ingreſſus erat Bremæ Anno 1687. d. 3tia Octobris ex gentibus avitis, quæ olim in Ducatibus Clivico & Brabantino floruerunt; *Parente* ſatus, Viro Nobiliſſimo Ampliſſimo & Prudentiſſimo DIDERICO TER HELLEN, Magnario florentiſſimo & Reipublicæ Senatore, *Matre* Matrona laudatiſſima JOHANNA SOPHIA VON RAESFELD. *Avus* fuit WILHELMUS, *Proavus* DIDERICUS, negotiatores Bremenſes feliciſſimi, *Avia* MARGARETHA VON BRöMKEN, filia Viri Conſultiſſimi JOHANNIS VON BRöMKEN, J. U. D. Senatoris atque Scholarchæ Veſalienſis & FENNEKÆ SCHYVELBERG, *Proavia* ELISABETHA VOSS, Viri Plurimum Reverendi & Doctiſſimi WILHELMI VOSSII S. Th. Doctoris, in Illuſtri Gymnaſio Profeſſoris & Paſtoris Primarii ad B. Virginis, gnata. *Abavus* Veſalienſis DIDERICUS Conſiliarius & Cancellarius Sereniſſimæ Margarethæ Auſtriacæ, Belgii Gubernatricis, qui cum puriora ſacra, de quorum veritate convictus erat, ne conſcientiam læderet, ejurare nollet, munere dimiſſus eſt, & poſtea ſolum vertere coactus, in prædia ſua, quæ poſſidebat Schmitæ, prope Vecham, in ditione Monaſterienſi, ſe recepit, *Abavia* ANNA TER MARREN, Domini PETRI TER MARREN, Conſiliarii in Curia Brabantiæ filia, quæ maritum ob amorem religionis ſequendo, Patriæ dulcedines atque agnatos lubens dereliquit. *Atavus* denique fuit generoſiſſimus WILHELMUS TER HELLEN, multorum prædiorum nobilium in Comitatu Limpurgenſi ſitorum Dominus, quæ per teſtamentum filiis *Segero* atque *Johanni* legavit, exhæredato, quem antea laudavimus, *Diderico*, quod [illegible] repurgato, ſicut parens latino ritui, adhæreret, *Atavia* CATHARINA VON WILLEN, ſata a MATTHIA VON WILLEN, equite aurato. Succedit ſtemma *maternum*, in quo numerat *Avum* Virum Nobiliſſimum atque Ampliſſimum JOHANNEM VON RAESFELD, J. U. D. Secretarium Seniorem Urbis Veſalienſis & Receptorem reditnum Ordinum Ducatus Cliviæ, poſtea Electori Brandenburgico a Conſiliis Juſtitiæ & a Quæſtura per univerſum Ciiviam atque Comitatum Marcanum, *Aviam* ANNAM TER SCHMITTEN, quæ fuit *filia* ANTHONII TER SCHMITTEN, J. U. D. Syndici Ordinum Cliviæ & Conſilii Senioris Veſalienſis, ex *conjuge* MARIA TACK, DIDERICI TACK Magnarii Francofurti ad Mœnum, atque CECILLÆ KRONEN, nata; Porro *neptis* CASPARI TER SCHMITTEN, Scabini & Quæſtoris Veſalienſis atque MARGARETHÆ VON SALS; *Proneptis* autem ANTHONII TER SCHMITTEN, itidem Scabini atque Quæſtoris Veſalienſis; denique *Abneptis* PETRI TER SCHMITTEN, mariti JENNEKEN VON BARKEN, quod conjugum par, fervente perſequutione Hiſpanica, ex Gelria, aſylum Veſaliæ invenit. Redimus ad gentem RAESFELDIAM, *Proavus* ex illa fuit RICHARDUS JCtus & Duci Cliviæ ab epiſtolis, *Abavus* JOHANNES Principibus iisdem a Conſiliis Cameræ, *Atavus* JOHANNES Senator Veſalienſis & Eccleſiarum Viſitator, hic *genitus* a JOHANNE Berggero Borſtenſi, in Oſtendorf & Zwenen qui *nepos* fuit GOSWINI VON RAESFELD Domini in Lüdgenhaven, in Comitatu Rechlinghuſano; horum vero conjuges fuere, Richardi, *Proavia* BRIGITTA VON VOORTHUYSEN, Progenita a JOHANNE VON VOORTHUYSEN & CORNELIA VON MOLLEN, Porro Johannis Uxor, pie defuncti *Abavia* BERNHARDA VON DER TACKENSPEY, *nata* BERNHARDI VON DER TACKENSPEY atque MARGARETHÆ COST DE RODE. Tot tantorumque majorum veſtigiis inſiſtere, officii ſui duxit. Educatus ab amantiſſimis Parentibus, a teneris ſollicita cura, poſtquam ſtadium quinque claſſium noſtri Pædagogii decurriſſet, Mercurii ſacris dicatus, cum ſciemtiis quæ ingenium ad illa reddunt aptum, artem commercia, quibus nervus rerum gerendarum in civitates ducitur, tractandi, per primum biennium addidicit, feliciſſimis ſub auſpiciis Parentis; poſtea Francofurti ad Mœnum, manuducente negotiatore florentiſſimo *Francisco van der Velden*. Poſitis tyrociniis, in peregrinationibus per Circulos Rhenanum & Weſtphalicum, per Belgium Auſtriacum, Angliam, Scotiam & Hyberniam, & poſt primum in Patriam reditum, per varios Germaniæ tractus, ubicunque celebriores luſtrando urbes, animo ad illarum commercia attento, quæ ad negotia dilatanda, ad rerum uſum & ad mores poliendos cum linguis faciunt, ſibi feliciter comparavit. Cum commercia exercere, & rem ſibi habere inciperet, de conjugio contrahendo ſollicitus, ſociam vitæ fortunarumque lectiſſimam quidem invenit, ſed mox amiſit, bis ut in fatis erat viduus, terno junctus connubio. *Prima conjux* electa fuit Virgo SUSANNA SCHUMACHER Viri Ampliſſimi & Nobiliſſimi HERMANNI SCHUMACHER Magnarii & Senatoris atque Matronæ egregiæ SUSANNÆ ERNST filia, quam domum duxit Ao. 1714. d. 9 Octobris ſed ſequente anno, in ipſis nuptiarum natalibus morte ereptam, extulit, filium quoque ex illa natum DIDERICUM, quinquennem mors poſtea oppreſſit. *Secunda* erat Virgo Lectiſſima GEBECCA VON ASCHEN, Viri Nobiliſſimi & Conſultiſſimi HENRICI VON ASCHEN, J. U. D. & cauſarum patroni atque Matronæ rari exempli HEBELLÆ MEIER, ſuperſtitis & nunc lugentis ſeries funeris, quam Deus mitiget, in provecto ſenio ſenientis, primogenita. Iſtarum eſt hoc matrimonium ſolemni auſpicatione, Ao. 1722. d. 14 Auguſti, & bina prole beatum, quarum genus primo Matrona nunc, multis decoribus conſpicua SUSANNA, elocata eſt Viro Illuſtri & Generoſiſſimo FRIDERICO SAMUELI VON RAESFELD, Potentiſſimo Boruſſorum Monarchæ a Conſiliis Regiminis Sanctioribus per regiones Clivenſes atque Marcanas, ſeptem liberorum parens, quorum tamen 1. 2. 4. & 5. ad æternas ſedes abierunt, ſuperſtitibus 3tio FRIDERICO SAMUELE 6ta GEBECCA SUSANNA & 7mo FERDINANDO CAROLO: Altera proles filiolus HENRICUS, in ipſa deceſſit infantia. *Tertia vota* conſummavit, celebratis nuptiis Ao. 1741. menſe Novembri, cum natalium ſplendore illuſtri Virgine DOROTHEA MARIA VON RAESFELD, vidua nunc mœſtiſſima, quam propitium & præſens Numen ut plusquam una afflictione origat, gnata Viri Periluſtris & Generoſiſſimi ANTHONII VON RAESFELD, Regiæ Majeſtati Boruſſicæ a Conſiliis & ſupremi Commiſſarii Veſaliæ, atque Generoſiſſimæ, Chriſtinæ COST DE RODE. Hæc hactenus Beati noſtri vitam privatam attinent, reliqua vero publicam. Pertigit ad honorum in Patria metam, dum ſuo merito, exploratus ſatis, in variis muneribus civicis geſtis, ejus dexteritate, in Ampliſſimum Collegium Patrum Patriæ Ao. 1730. d. 6 April. cooptatus. Hanc ſplendidam ſpartam, fide ſumma, in urbe æque ac in legationibus, per viginti duos annos ſic ornavit, vir rerum cognitione & uſu inſtructus, politus, humanus, affabilis, ad labores pro bono publico promtus, omnibus æquus, in frequenti religioſo Dei cultu non ſolum, ſed & exercitio virtutum quæ Chriſtianum decent, non ſimulato, devotam ſuo mentem continuo teſtatus, ut ingens ſui deſiderium apud bonos poſt ſe relinquat. Valetudine ſæpe uſus eſt inſtabili & a calculo rerum afflicta, cujus tamen moleſtiæ, adhibitis remediis convenientibus, indem immunes fuerunt, ſed quarto ante obitum die a liberatis illum invadebat pleuritis cum febre acuta, increſcente dyſpnœa, ut proſtratis viribus, in excretione cruoris ex pulmonibus atque ſingultibus, ſigna mortis inſtantis, nullis cohibendæ remediis, apparerent, quam ex ordine naturæ ſubiit die 22 in media nocte, poſtquam vivendo compleverat annos LXIV, m. VI. cum diebus XII. Hodie ſub horam I. exuviæ Chriſtiano ritu condentur in Templo Martiniano. Nos vero exequias ituri, ſi moneamur, quod in profeſſionis fidei noſtræ capite, a teneris nobis inſtillatur, unicum noſtrum ſolatium in fide & morte eſſe, quod Chriſti Domini ſimus peculium, id in cœleſtia quærentes, maximo noſtro bono experiemur in morte & ſequutura æternitate. Vale P. d. 26 April. Anno MDCCLII.

RECTOR & PRO
ILLUSTRIS SCHOLÆ
LECTORI

Componebamus pridie tumulum Viri Senatorii ordinis, & ex
dignitate conſpicuus, & parium de re patria publica meritorum. Dum
in luctum atque mœrorem Curiam cum civibus conjiciunt, quicunque
cum valetudine, vegeta conſervetur ad ſeram ſenectutem. Nos expen
toris, qui memoriam dolorum noſtrorum, atque moleſtiarum quas ipſe
pore voluit experiri, quo miſericordia afficeretur erga membra ſua, &
Fides hæc cum ſpe fundata eſt in maxime diſertis & ſolatii plenis Sacro
cors. Quoniam enim paſſus eſt ipſe, dum explorabatur, poteſt valide ſuccurrere eis, qui explora
tibus affici non poteſt, ſed exploratum per omnia, juxta ſimilitudinem, (noſtram) *absque peccato.*
centes, voces ſeligant, complectentes omnes morborum ſpecies, interque illos inſignite Eſaias
eum ægritudine contundere. Mirari ſæpius ſubiit Interpretes pauciſſimos, de morbis corporis,
tentari debuit, cogitaſſe, alios vero omni contra niti opera, atque judicare ad blasphemiam acce
PIDE, verum ſeducti, uti ſæpius, ab authoritate Scholaſticorum & Parentis omnium JOHANNIS
ris ægritudines cum peccato, a quo Salvator immunis erat, arcto junctas eſſe vinculo. Siccine vero illæ qu
rum oriuntur, ſpecialia requirunt atque ſupponunt peccata? Fons omnium mortisque eſt peccatum Ada
ctisſimus mediator, culpam cum ſequelis ultro ſuſcepit, ut illam expungeret, & dum in ſimilitudine carni
phemum eſt, an potius ad ſatisfactionis præſtitæ perfectionem & gloriam facit, ſtatuere, ipſum quoque h
expertum? Neque exiſtimandum eſt, cum hiſtoria vitæ J. C. de morbis ſileat, curioſum nimis eſſe, illos
dit, cætera quæ ſpatium triginta annorum vitæ, ab infantia implent, præterit, teſtimonia autem quæ pro
ὁμοιότητα, imo κατὰ πάντα, in quibus exercentur homines carne & ſanguine ab infantia veſtiti, Soſpitatori
Anglo PEIRCIO, pro moleſtiis doctrinæ cauſa toleratis, & dolores ſolum pro effectis violentiæ ab hoſti
gloriæ certus eſt, lectulo affixus, guſtans in languoribus peccati fructus acerbos, oculos cum corde in c
gloria, miſeria ſuorum, per recordationem eorum quæ ipſe expertus eſt, afficeretur, ſecurus eſſe pote
quam agnus jugulatus, ſive memorialibus perpeſſionum veſtitus, æternas offeret laudes, pro ipſis etiam
cœleſtia acuerunt. His delitiis, quas mortales non guſtamus, ſed credimus, exſatiari ſperamus, cujus
HANNEM TER HELLEN, Magnarium e præcipuis & Senatorem de Patria optime meritum. In vi
catibus Clivico & Brabantino floruerunt; *Parente* ſatus, Viro Nobiliſſimo Ampliſſimo & Prudentiſſimo DIDERICO
JOHANNA SOPHIA VON RAESFELD. *Avus* fuit WILHELMUS, *Proavus* DIDERICUS, negoti
NIS VON BRöMKEN, J. U. D. Senatoris atque Scholarchæ Veſalienſis & FENNEKÆ SCHYVELBE
Th. Doctoris, in Jlluſtri Gymnaſio Profeſſoris & Paſtoris Primarii ad B. Virginis, gnata. *Abavus* Vir J
qui cum puriora ſacra, de quorum veritate convictus erat, ne conſcientiam læderet, ejurare nollet, p
Vechtam, in ditione Monaſterienſi, ſe recepit, *Abavia* ANNA TER MARREN, Domini PETRI TER
dulcedines atque agnatos lubens dereliquit. *Atavus* denique fuit generoſiſſimus WILHELMUS TER
mentum filiis *Segero* atque *Johanni* legavit, exhæredato, quem antea laudavimus, *Diderico*, quod p
a MATTHIA VON WILLEN, equite aurato. Succedit ſtemma *maternum*, in quo numerat *Avum* V
Urbis Veſalienſis & Receptorem redituum Ordinum Ducatus Cliviæ, poſtea Electori Brandenburgico a
TER SCHMITTEN, quæ fuit *filia* ANTHONII TER SCHMITTEN, J. U. D. Syndici Ordinum Clivi
ad Mœnum, atque CECILIÆ KRONEN, nata; Porro *neptis* CASPARI TER SCHMITTEN, Sca
SCHMITTEN, itidem Scabini atque Quæſtoris Veſalienſis; denique *Abneptis* PETRI TER SCHMITT
Gelria, aſylum Veſaliæ invenit. Redimus ad gentem RAESFELDIAM, *Proavus* ex illa fuit RICHAR
Atavus JOHANNES Senator Veſalienſis & Eccleſiarum Viſitator, hic *genitus* a JOHANNE Burggravi
ven, in Comitatu Rechlingshuſano; horum vero conjuges fuere, Richardi, *Proavia* BRIGITTA VON V
Porro Johannis Uxor, pie defuncti *Abavia* BERNHARDA VON DER TACKENSPEY, *nata* BERNHAR
veſtigiis inſiſtere, officii ſui duxit. Educatus ab amantiſſimis Parentibus, a teneris ſollicita cura, poſtquam
nium ad illa reddunt aptum, artem commercia, quibus nervus rerum gerendarum in civitates ducitur,
num, manuducente negotiatore florentiſſimo *Franciſco von der Velden.* Poſitis tyrociniis, in peregri
Hyberniam, & poſt primum in Patriam reditum, per varios Germaniæ tractus, ubicunque celebrior
ad mores poliendos cum lingua faciunt, ſibi feliciter comparavit. Cum commercia exercere, & res ſu
dem invenit, ſed mox amiſit, bis ut in fatis erat viduus, terno junctus connubio. *Prima conjux* edec
MACHER Magnarii & Senatoris atque Matronæ egregiæ SUSANNÆ ERNST filia, quam domum d
filium quoque ex illa natum DIDERICUM, quinquennem mors poſtea oppreſſit. *Secunda* erat Virgo
J. U. D. & cauſarum patroni atque Matronæ rari exempli HEBELIÆ MEIER, ſuperſtitis & acerbitatem
monium ſolemni auſpicatione, Ao. 1722. d. 14 Auguſti, & bina prole beatum, quarum genita primum
FRIDERICO SAMUELI VON RAESFELD, Potentiſſimo Boruſſorum Monarchæ a Conſiliis Regiminis
4. & 5. ad æternas ſedes abierunt, ſuperſtitibus 3tio FRIDERICO SAMUELE 6ta GEBECCA SUSA
Tertia vota conſummavit, celebratis nuptiis Ao. 1741. menſe Novembri, cum natalium ſplendore illuſtri
ſens Numen in plusquam una afflictione erigat, gnata Viri Perilluſtris & Generoſiſſimi ANTHONII v
ſiſſimæ, Chriſtinæ COST DE RODE. Hæc hactenus Beati noſtri vitam privatam attinent, reliqua vero ad
civicis geſtis, ejus dexteritate, in Ampliſſimum Collegium Patrum Patriæ Ao. 1730. d. 6 April. cooptar
ſic ornavit, vir rerum cognitione & uſu inſtructus, politus, humanus, affabilis, ad labores pro bono pu
quæ Chriſtianum decent, non ſimulato, devotam Deo mentem continuo teſtatus, ut ingens ſui deſider
men moleſtiæ, adhibitis remediis convenientibus, itidem imminuta fuerunt, ſed quarto ante obitum di
excretione cruoris ex pulmonibus atque ſingultibus, ſigna mortis inſtantis, nullis cohibendæ remediis,
LXIV, m. VI. cum diebus XII. Hodie ſub horam I. exuviæ Chriſtiano ritu condentur in Templo Martin
ſtillatur, unicum noſtrum ſolatium in fide & morte eſſe, quod Chriſti Domini ſimus peculium, id in vita
Anno MDCCLII.

R & ROFESSORES P.
RIS SCHLÆ. BREMENSIS
LEORI S.

linis, & excipit hodie preſſoque pede iſtum ſequitur alter, eadem
ram cito ſuccedentia, partim ab aliquo tempore prævisa, partim inopinato accidentia funera,
Patriam illiusque Patres Conſcriptos, ut decet amat, vota nobiscum fundet, ut ſuperſtitum vita
endum offerebamus ſolatium, quod mens pia, dum corpus languet, haurire poteſt, ex Soſpita-
in ſuo corpore, dum in ſtatu exili verſabatur, perſenſit, in gloria conſervat, illasque in ſuo cor-
romtus eſſet ad ſuccurrendum piis ſua interceſſione atque auxilio, qui eadem premuntur miſeria.
rum teſtimoniis (Ebr. II, 17. 18.) *Proinde debuit per omnia fratribus ſimilis reddi, ut fieret miſeri-*
tur, & in extantiori (cap. IV, 15.) *Non enim habemus Pontificem, qui noſtris ἀσθενείαις infirmita-*
Nec eſt ſine reſpectu ad ægritudinem corporis humani, quod Vates de perpeſſionibus prædi-
cap. LIII, 4. & 10.) *Sane morbos noſtros ac dolores ipſe tulit ac toleravit - - Libuit autem Jehovæ*
qui citra peccatum homines affligere poſſunt, & per quos itidem Soſpitator, juxta hæc teſtimonia,
dere prope, ſi paſſionibus ejus vicariis annumerentur. Ex latinis ſic ſentiunt TIRINUS & A LA-
S DAMASCENI ſequentisque illum viri acutiſſimi THOMÆ AQUINATIS, ſtatuentium corpo-
æ ex mutationibus machinæ corporis in infantia, adoleſcentia, ſenio, quæque ex vitio aëris aut alimento-
mi, juſtiſſimo judicio, in his quoque corruptionis phyſicæ ſequelis, poſteris imputatum; dum autem San-
s peccati in mundum venit, atque factus eſt hoſtia pro peccato, quanquam peccatum non noverat, an blas-
rum ſequelarum peccati partem, quæ citra labem moralem ſentiri poterat, ejusque moleſtum ſenſum, fuiſſe
uſpari. Hiſtoria enim illa, non fata ejus in terris, ſed geſta durante Miniſterio ejus publico, enarrare inten-
ximus, iſtum defectum ſupplent, cumque illa, cum doloribus languores recenſeant, & explorationem καθ'
tribuant, tenue nimis eſſet, tentationes pro meris animi anxietatibus, aut cum nupero erudito Paraphraſte
us commiſſæ, habere. Chriſtianus hæc inſpiciens atque credens, dum de ſua communione cum Domino
um attollendo, invocandoque ſupremum Pontificem, qui morbos citra peccatum experiri voluit, quo in
, de interceſſione, de ope ejus, deque exitu felici, poſt quem mediatori ſuo, ſtanti in throno Dei, tan-
his moleſtiis, quæ concupiſcentias a vanitatibus ſeculi retraxerunt, frænarunt atque deſideria cum fide in
unebrium cauſa hanc tabulam ſuſpendimus, Virum Nobiliſſimum Ampliſſimum & Prudentiſſimum JO-
m mortalem ingreſſus erat Bremæ Anno 1687. d. 9na Octobris editus gentibus atavis, quæ olim in Du-
DIDERICO TER HELLEN, Magnario florentiſſimo & Reipublicæ Senatore, *Matre* Matrona laudatiſſima
ores Bremenſes feliciſſimi, *Avia* MARGARETHA VON BRÖMKEN, filia Viri Conſultiſſimi JOHAN-
RG, *Proavia* ELISABETHA VOSS, Viri Plurimum Reverendi & Doctiſſimi WILHELMI VOSSII S.
uſtris DIDERICUS Conſiliarius & Cubicularius Sereniſſimæ Margarethæ Auſtriacæ, Belgii Gubernatricis,
imum dimiſſus eſt; & poſtea ſolum vertere coactus, in prædia ſua, quæ poſſidebat Schneltæ, prope
MARREN, Conſiliarii in Curia Brabantiæ filia, quæ maritum ob amorem religionis ſequendo, Patriæ
ELLEN, multorum prædiorum nobilium in Comitatu Limpurgenſi ſitorum Dominus, quæ per teſta-
tinacius repurgato, ſicut parens latino ritui, adhæreret, *Atavia* CATHARINA VON WILLEN, ſata
um Nobiliſſimum atque Ampliſſimum JOHANNEM VON RAESFELD, J. U. D. Secretarium Seniorem
Conſiliis Juſtitiæ & a Quæſtura per univerſam Cliviam atque Comitatum Marcanum, *Aviam* ANNAM
& Conſulis Senioris Veſalienſis, ex *conjuge* MARIA TACK, DIDERICI TACK Magnarii Francofurti
ii & Quæſtoris Veſalienſis atque MARGARETHÆ VON SALS; *Proneptis* autem ANTHONII TER
EN, mariti JENNEKEN VON BARREN, quod conjugum par, fervente perſequutione Hiſpanica, ex
US JCtus & Duci Cliviæ ab epiſtolis, *Abavus* JOHANNES Principibus eisdem a Conſiliis Cameræ,
Dorſtenſi, in Oſtendorf & Zwena qui *nepos* fuit GOSWINI VON RAESFELD Domini in Lüdgenha-
OORTHUYSEN, Progenita a JOHANNE VON VOORTHUYSEN & CORNELIA VON MOLLEN,
DI VON DER TACKENSPEY atque MARGARETHÆ COST DE RODE. Tot tantorumque majorum
ſtadium quinque claſſium noſtri Pædagogii decurriſſet, Mercurii ſacris dicatus, cum ſcientiis quæ inge-
ctandi, per primum biennium addidicit, feliciſſimis ſub auſpiciis Parentis; poſtea Francofurti ad Mœ-
ionibus per Circulos Rhenanum & Weſtphalicum, per Belgium Auſtriacum, Angliam, Scotiam &
s luſtrando urbes, animo ad illarum commercia attento, quæ ad negotia dilatanda, ad rerum uſum &
ſibi habere inciperet, de conjugio contrahendo ſollicitus, ſociam vitæ fortunarumque lectiſſimam qui-
nata fuit Virgo SUSANNA SCHUMACHER Viri Ampliſſimi & Nobiliſſimi HERMANNI SCHU-
xit Ao. 1714. d. 9 Octobris ſed ſequente anno, in ipſis nuptiarum natalibus morte ereptam, extulit,
Lectiſſima GEBECCA VON ASCHEN, Viri Nobiliſſimi & Conſultiſſimi HENRICI VON ASCHEN,
hujus funeris, quam Deus mitiget, in provecto ſenio ſentientis, primogenita. Initum eſt hoc matri-
Matrona nunc, multis decoribus conſpicua SUSANNA, elocata eſt Viro Jlluſtri & Generoſiſſimo
Sanctioribus per regiones Clivenſes atque Marcanas, ſeptem liberorum parens, quorum tamen 1. 2.
NA & 7mo FERDINANDO CAROLO: Altera proles filiolus HENRICUS, in ipſa deceſſit infantia.
Virgine DOROTHEA MARIA VON RAESFELD, vidua nunc moeſtiſſima, quam propitium & præ-
N RAESFELD, Regiæ Majeſtati Boruſſicæ a Conſiliis & ſupremi Commiſſarii Veſaliæ, atque Genero-
publicam. Pertigit ad honorum in Patria metam, dum ſuo merito, explorata ſatis, in variis muneribus
tur. Hanc ſplendidam ſpartam, ſide ſumma, in urbe æque ac in legationibus, per viginti duos annos
blico promtus, omnibus æquus, in frequenti religioſo Dei cultu non ſolum, ſed & exercitio virtutum
um apud bonos poſt ſe relinquat. Valetudine ſæpe uſus eſt inſtabili & a calculo rerum afflicta, cujus re-
18 labentis illum invadebat pleuritis cum febre acuta, increſcente derepente, ut proſtratis viribus, in
pparerent, quam ex ordine naturæ ſubiit die 21 in media nocte, poſtquam vivendo compleverat annos
nno. Nos vero exequias ituri, ſi moneamur, quod in profeſſionis fidei noſtræ capite, a teneris nobis in-
noſtra quærentes, maximo noſtro bono experiemur in morte & ſequutura æternitate. Vale P. d. 26 April